



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocausti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,
feruenterq. celebrandum disponatur**

Poiré, François

Romæ, 1639

Post Missam. Gratiarum actio, & Vox laudis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53152)

188 *Die Iouis*

tis dilectum meum, vt
nuncietis ei, quia amo-
re languo. *Cant. 5.*

Aperi mihi foror
mea, amica mea, co-
lumba mea, immacu-
lata mea, quia caput
meum plenum est ro-
re, & cincinnati mei gut-
tis noctium. *Cant. 5.*

POST MISSAM.

*Gratiarum actio, &
Vox laudis.*

*S. Aug.
Medic.
Cap. 35.*

D Ulcissime, beni-
gnissime, aman-
tissime

Grat. actio, &c. 189

tissime, carissime, potentissime, desideratissime, pretiosissime, amabilissime, pulcherrime, tu melle dulcior, lacte, & niue candidior, nectare suauior, gemmis, & auro pretiosior, cunctisque terrarum diuitijs, & honoribus mihi carior. Quid dico, Deus meus, vna spes mea, tam grandis misericordia mea? quid dico dulcedo foelix, & segura, quid dico dum talia dico? Dico quod valeo, sed non dico quod debeo. Vtinam

nam possem talia dicere, qualia illi hymnidici Angelorum chori
O quàm libenter me in tuis laudibus totum effunderem! O quàm deuotissimè illa cœlestis melodiæ cantica ad laudem, & gloriam nominis tui in medio Ecclesiæ infatigabilis perorarẽ! Sed quia talia non possum nũquid tacebo? Væ tacentibus de te, qui ora mutorũ resoluis, linguas infantium facis disertas. Væ tacentibus de te, quoniam ipsi loquaces multi

ti

Grat. actio. &c. 191

sunt, cum non tuas
laudes dicunt. Quis
dignè te laudare po-
test, ò ineffabilis vir-
tus & Sapiencia Patris?
Et quoniam nulla in-
uenio verba, quibus te
sufficienter valeam ex-
plicare, cunctipotès, &
omnisciū verbū, dicam
interim quod valeo,
donec iubeas me veni-
re ad te, vbi possim
dicere quod te decet,
& quod me oportet.
Scis ergo, occultorum
cognitor Deus, quo-
niam cælo, terra, &
omnibusquæ in ea sūt,

tu

192 *Die Iouis*

tu mihi acceptior, &
mihi amabilior es. Di-
ligo enim te super cœ-
lum, & terram, & cæ-
tera omnia, quæ in eis
sunt, imò (nisi amore
nominis tui) quæ tran-
sitoria sunt, procul-
dubio amanda non
sunt.

Beatus venter, qui
te portauit, & vbera
quæ suxisti. Beata vi-
scera Mariæ Virginis,
quæ portauerunt eter-
ni patris filiū; & beata
vbera quæ lactauerunt
Christum Dominum.

OB-